



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

8. De variis humanæ vita miseriis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

nam S. Augustinus ait nullum peccatum esse tam paruum, quod contemptum non fiat magnum S. Hieronymus dicit non esse in peccatis leuibus considerandum, quod sint parua, sed quod magnus sit Deus, cui displicent. S. Gregorius scribit, veniale aliquando periculo suus esse mortali, eo quod hoc facile notetur, illud non item. Sic multae paruae guttae inbeuntes carinam, quia notatae non sunt, tandem submergunt nauem, quam magni fluctus non submersere.

MEDITATIONES

De Miseriis, in quas natura humana per peccati malum prolapsa est.

MEDITATIO I,

De miseria natiuitatis humanae.

CONSIDERA solos primos parentes nostros Adam & Euam, vt docet S. Gregorius, perfecte cognouisse humanae vitae miseras, quia soli felicitatem, in qua creati erant, experientia ipsa didicerant, nos autem, qui in miseriis nati sumus & educa-

educati, velut phrenetici miseras nostras non sentimus, & ideo sicut illi qui loca male olentia incolunt, fœtorem non olfaciunt, tollente sensum longa consuetudine, ita nos non abhorremus etiam perpetuo, neglecto cœlo in huius vitæ miseriis perdurare. 2. perpende, quomodo possis à tam graui errore liberari: nempe si accuratè meditandò examines primum natiuitatis humanæ miseras, deinde totius vitæ curriculi.

2. Considera, Deum hominem creasse, vt docet Scriptura, ex limo terræ, id est *Gen. 1.* ex vilissima totius mundi materia. Itaque licet Rex sis, Cæsar vel Papa, tamen non es nisi gleba, fimus & limus, qui omniū calcatur pedibus: modum conceptionis humanæ esse tam fœdū, vt Christus, licet illudi & conspui se pass⁹ sit à vilissimis mācipiis, & non homo, sed vermis haberi, tamen eo modo concipi noluerit. 3. quid miserius muliere parturiente: quis dolor intollerabilior, quis planctus miserabilior? 4. bestię, dum nascuntur, prodeunt vel calceatæ, vel lana, squamis, corio, aliisve rebus tectæ. Solus homo nudus prodit cū immunda tunica, & galero immūdiore. Item illæ simulac natæ sunt, natant, vo-

Ff 3 lant,

lant, currunt & quærunt necessaria, sus
magistra: solus homo nihil scit, nihil po
test, nisi aliorum vlnis portetur, aliorum
que manibus foueatur, sed nec edendi, bi
bendi que modum habet, nisi doceatur.
Natura nihil demum eum docuit, nisi
plorare: & vix ante quadragesimum diem
post ortum ridet.

3. **C O N S I D E R A**, quid aliud sit corpus
humanum, quam testa putrida, aut vas cor
ruptum, cui quicquid infunditur, mor
cescit. Quid aliud quam saccus sterco
ribus fartus, & candida niue reclusus, qui
ris quidem pulcher apparet, sed intus ex
crementis, & sordibus plenus est. vbi quo
tium tam sordidum volutabrum reperitur
terrarum existit stagnum tot fautores
fra supra que exhalans? Arbores, herbae, bo
stia multa gratissimi odoris excrementa
effundunt, ac homo solus tam abomi
nanda eiicit, vt non nisi cloaca quaedam
sordium videatur. Hoc Ethnicus Plotinus
quondam perpendens, nunquam passus
est corporis sui effigiem depingi, satis est
sibi asserens, quod onus tam immundum
& anima sua indignum toto vitæ
tempore circumferre co
geretur.

VIT A
Dem
C O N
gestu
gestum
Dies ann
anni. Si
ni, & ar
sidera, si
velis, re
se exclu
potius h
ca nihil
gnū. D
quā viu
sepulto
gelidissi
tem ho
plures
rem vit
inde er
C o n
rate co
piens a
100. ar
sicut
aliud o

MEU

VITÆ HVM. MISERIIIS. 459
MEDITATIO II.

De miseria breuitatis humanae vitæ.

CONSIDERA, raro ad annum septua-
gesimum, aut, vt maximum, ad octo-
gesimum peruenire. Nam Propheta ait.
Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta
anni. Si autem in potentatibus octoginta an-
ni, & amplius eorum labor & dolor. 2. con-
sidera, si numerum dierum subtiliter inire
velis, tēpus infantia, pueritia, & somni es-
se excludendum. nam vita infantis & pueri
potius bestia est, quam hominis, cum in
ea nihil, discatur vel agatur homine di-
gnū. Dormiens quoq; potius mortuus,
quā viuus censetur, ob rationē, sensusque
sepultos. Vnde & Poeta somnum vocauit
gelidissimæ mortis imaginem. Cum au-
tem homo quotidie octo horas & sæpe
plures somno tribuat, sequitur tertiā par-
tem vitæ solo somno illi detrahi, ac pro-
inde etiam in longæuis vitā esse perbreuē.

2.
CONSIDERA, si hanc vitam cum æterni-
tate conferas, quam breuis futura sit. Sa-
piens ait vitam hominis longissimam esse 18,
100. annorū. Quid autē sunt centū anni,
si cum æternitate conferantur? certe nil
aliud quā guttula aquæ cū immēso mari.
Si enim

1.

Pf 89.

2.

Eccl.

18.

Si enim totus mundus collaris cum cubo extremo est instar puncti, quid temporaria nostræ collatum cum æternitate cœni nisi minus quam momentum, imo nihil.

Hanc breuitatem cum æternis pœnis collatum agnoscunt damnati in inferno, dum ita apud Sapientem loquuntur. *Sap. 5.* nobis profuit superbia, aut diuitiarum gloria, quid contulit nobis? *Transierunt itaque tanquam umbra, & tanquam nuncius procurrens, & tanquam nauis, qua pertransit fluctuantem aquam, cuius cum præterit non est vestigium inuenire: aut avis, qua transuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius: aut tanquam gitta in locum destinatum. Ita & nos in continuo desicimus esse, & nullum vestigium valuimus ostendere.*

CONSIDERA hinc sequi, nullam pœnam maiorem esse amentiam, quã sèpitemporales intolerabilesq; pœnas momentanea tantillæ vitæ voluptatula sibi mercari. Et cùm hæc vita tam breuis sit, futura verò tam longa, quæ potest stultior esse amentia quam huius vitæ res tã sollicitè accurate & de his quæ ad vitam æternam pertinent, nolle semel cogitare. 2. Considera, cum æterna sapientia voluerit hanc vitam esse breuissimam.

VIT
breuem,
vitam no
litiã, exil
cigo nos
reuo care
plectitur
quem an
quem am
tem cont
æternam
M
De mi
ONS
bis ce
am, vt si
is victu
Nescit hor
icut pisce
quo comp
nes in tem
nerit. V
artius, ho
deo Sap
parat bul
natitant
bullieru
dem diut

breuem, nempe primo, quia sciebat hanc vitam nobis non esse nisi continuam militiam, exilium, & miseriam, ac idcirco ab ea cito nos liberaret, & ad patriam cœlestē reuocaret. 2. quia summo amore nos cōplectitur, iam autem constat eum, qui aliquem amat, ægiè dici posse abesse ab eo quem amat. 3. vt eo magis vitam præsentem contemneremus, & aspiraremus ad æternam.

MEDITATIO III.

De miseria incertitudinis hum. vite.

CONSIDERA, breuitatem vitæ, si nobis certo constaret, fore tolerabiliorē, vt si v. c. constaret nos 50. 60. 70. annis victuros, at hoc quoque incertum est. Nescit homo, ait Sapiens, finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis ex templo superuenit. Vnde scitè dictū est. Morte nihil esset certius, hora vero mortis nihil incertius. Atq; adeo Sapiens quidā vitam humanam cōparat bullis tempore pluuiæ super aquam natitantibus, quarum quædam mox vt bullierunt resident, aliæ verò paulò quidam diutius fluctuant, sed omnes tandem euane-

euanescent. Alii enim homines in utero materno pereunt, alii in infantia, alii in pueritia, alii in adolescentia, alii in virili ætate, alii in senectute. Deinde, alii sani subito pereunt, vel morbo, ut pleuræ, vel casu, ut submersione, vel aliunde illata, ut gladio, sclopo, lapide. Alii extinguuntur morbo breui vel diuturno.

2. CONSIDERA, cum terminus vite nostra tam sit incertus, quando sit nostra meritas, quod tam securè, tamque neglegenter viuamus, immemoresque sanctorum verborum CHRISTI toties clamantis.

Matt. 24. Vigilate, quia nescitis, qua hora filius hominis venturus sit. quasi dicat, cum hostis sciat, omni hora vigilate, & quia dominus nescitis, omni die vigilate, &c. Considera, ut energiam verborum CHRISTI intelligas, cur excubiæ perpetuæ in castris & castris hosti vicinis habeantur, & te non alia de causa, quam quod prædictarii ignorent, quando hostis venturus sit, si enim scirent, tunc certe tempore intermedio somno & quieti vacarent. Cum ergo eadem prorsus incertitudo sit de hora mortis nostræ, cur non similiter vigilamus? Certe anima nostra, pretiosissima

omnibus mundi vrbibus & castris, & si
 spectes lytrum quo redempta est, etiam
 angelis. Deinde hostes animæ sunt pluri-
 mi, potētissimi & callidissimi, qui noctes
 diesque insidiantur, & iactus alexæ in hoc
 consistit, vt simus parati ipso momento
 quo mors venit, vt liquet ex parabola de
 facuis virginibus, quibus imparatis clausa
 est ianua. *Matt.*
 25.

CONSIDERA, cur DEVS voluerit 3.
 nobis incertū esse exitum vitæ. Vna cau-
 sa est, quia multi, si scirent se 60. vel 70.
 annis victuros, differrent pœnitentiam,
 & grauiora peccata committerent: dum
 vero nesciunt, non differunt pœniten-
 tiam, ne forte in peccatis moriantur.
 si contra scirent, se non diu victuros,
 multa bona opera pximo salutaria omit-
 terent, ac tantum propriæ salutis vacarent.
 Deinde in conuersatione humana forēt,
 melancholici, retrici, & fastidiosi, com-
 munemque pacem & concordiam turba-
 rent. 3. si quis æger sciret infirmitatem
 suam non fore vltimam, non cōfiteretur,
 non communicaret, non inuocaret san-
 ctos, nō imploraret auxilium aliorum in
 Missis, & alia bona omitteret: quia au-
 tem nescit, sæpe diligentissimè cōfiteretur,
 & qui-

& quidem de tota vita, vota edit, elem
synas in pauperes profundit.

MEDITATIO IV.

De miseria fragilitatis humanae natura.

CONSIDERA vitam nostram non
rum esse breuem & incertam sed
fragilem multisque periculis expositam
sic ut vitrum non sit fragilius. Pestilencia
dolor, infectus aer, sol feruentior, huius
acrior saepe vitam nobis eripiunt, non
lum infatibus & pueris, sed etiam
rogaris, cur iste vel ille obierit? Respon
in promptu est. Ex haustu aquae frigidae
que supsit auidius, ex potu vini quo le
ruit, ex nimio dolore, vel terrore, ex
na harente in guttute, ex ictu serpentis
demorso digito a fele, &c. z. confidetur
ctum Isaia de hac materia: *Vox dicentis*

Is. 40. *quit clama: & dixi, quid clamabo. Caro foenum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exsiccatum est foenum, & cecidit flos quia spiritus Domini sufflauit in eo. Quis*

Lib. 3. *enim firmitudo in carne? ait in illa vultus*

Hexa. *Ambrosius, quae salubritas potest esse de*

6.7. *turna? Hodie videas adolescentem munda
du, grata specie, suavi colore, crastina*

tibi facie & ore mutatus occurrit, Hodie nobilis & diues triumphat, cras in carcerem rapitur.

Cōsidera eandem fragilitatem, quæ est 2.
in corpore, cerni etiam in anima nostra? 2. Co.
vnde D. Paulus scripsit nos thesaurum, nē- 4.
pe gratiæ, gestare in vasis fictilibus. Tam
enim multa sunt in hoc mundo pericula
lapis, tot sunt vbique laquei à mundo,
carne, & dæmone ad irretiendas animas
dispositi, vt Propheta dixerit, *Pluet Deus su- Ps. 10.
per peccatores laqueos.* Quos aliquando in
visione conspiciens S. Antonius exclama- Athā.
uit. *O Domine, quis tandem euadet omnes in vita
illos laqueos?* Hinc est, quod tot animæ per-
cant quotidie, sic vt B. Bernardus non ve-
reatur dicere, sicut ex decem nauibus in
Oceano vix vna in portum peruenit sic ex
decem animabus vix vnā loqueos mun-
di euadere, & ad vitam æternam perueni-
re. Nec in cœlo securitas fuit, vnde cecidit
Lucifer cum tot angelorum millibus. Nec
in paradiso, vnde expulsus est Adam cum
Eua, nec in schola Christi, in qua periit p-
ditor Iudas, nec in primo cætu Christia-
norum, in quo Ananias cum Sapphira ex-
tinctus est, vt discas te, etiā si in sanctissima
religione viuas, necdum esse securum.

2. Considera causam cur Deus tam fragilem humanam vitam esse voluerit, neque ut ea ob oculos posita citius à peruersa vita respisceres: quod enim aliud est interitum inter te & tartarum, nisi cadere à fragilis ista tua vita? que hodie flores, cras forte exarescet? Quod ut melius intelligas imaginere tibi te videre hominem admodum tenui filo pendentem, cui subiectus est puteus profundissimus: & cogita quomodo ille in metu sit, ne filo rupto in illum ceciderit: quid non offerat, ut periculo illi occurratur? In non minori ruine periculoque maiori est, quiuis homo existens in peccato mortali, filo n. vite semel rupto ceciderit in puteum altissimum inferni, in flammam perpetuas è quibus nunquam emerfurus est. Quis vero in tanto periculo luxuriari, voluptati indulgere, mori queat?

MEDITATIO VII.

De miseria inconstantia vite humana.

1. CONSIDERA vitam humanam illam queque habere miseriam, quod mutabilem

fit, & inconstans. Vnde Iob. *Homo, inquit, natus de muliere, breui viuens tempore, multus repletur miseriis: qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodē statu permanet.* Homo enim nunc sanus est, mox æger, nunc lætus, mox tristis, nunc quietus, mox turbatus: nunc dubius, mox certus; nunc timidus, mox audax, nunc vult, mox non vult, nunc ridet, mox flet. Breuiter, tot sunt mutationes, quot occurrunt circumstantiæ, & accidentia, vt nec luna, nec Euripus vllus sapius mutetur. Mare non mouetur, nisi cum venturantur: sed in homine sunt continue mutationes, siue sæuiant venti siue tranquilla sit malacia.

Considera hanc mutabilitatem maxime cerni in Salvatore nostro, qui quo die cum maximo gaudio populi receptus est in urbem Hierosolymam, eodē ab omnibus sub vesperam derelictus est. Prius obuiam processerant Christo cum ramis viuentibus, quatruiduo verò post aridis ramis percusserunt eius caput. Ante vestimentis suis se exuerunt, vt sternerent in via; post vero eum vestibus propriis spoliarunt, vt flagellarent & crucifigerent. Prius clamabant, Benedictus qui venit in nomi-

Gg

n. 2.

ne Domini: paulo post autem acclamari
 Pilato Reus est mortis, crucifige eum. Ne
 ne hæc magna & subita fuit mutatio: Hinc
 disce, quis sit exitus honorum & dignita-
 tum huius seculi: nec amplius confide
 amicitiæ & prosperitati, quia inconstans
 est & mutabilis. Cōfide autē in solo Deo,
 eiusque gratia & amicitia: Ille enim solus
 immutabilis est, & verus amicus in adve-
 sis æquè ac prosperis.

3. Considera quanta mutatio & vicissitudo
 sit etiam in rebus maximis huius vite,
 ut in regnis & imperiis. Monarchia huius
 mundi cepit quidem in Assyrijs, sed non
 persistit diu, migravit enim ad Persas, &
 paulo post ab his ad Lacedæmonios, &
 his ad Romanos, à quibus tandem transiit
 ad Germanos. Quod si imperium, in quo
 summa totius mundi dignitas cōstituta
 est, tanties translatum est, quid in hoc mūdo
 esse potest & stabile? i. confidere de
 Ioannem scribere tres columnas, quibus

1. Ioan. insistit mundus, tremere & transire. C.

2. mne, inquit, quod est in mundo, est concupiscentia
 carnis, concupiscentia oculorum, &
 superbia vite, & transit mundus & concupiscentia
 eius. Quis ergo non fugiat ex illis
 nemo enim manet in domo in aeternum.

MEDITATIO VI

De miseria fallacia vltæ humana.

CONSIDERA. hanc miseriam longe pe-
 iorem esse superioribus, nam vt vulgo
 dicitur. Ficta sanctitas duplex est impie-
 tas: sic ficta apparensq; felicitas duplex est
 miseria. Vnde enim tam longa Dei nobis
 subrepat obliuio, vnde diuitias tanto stu-
 dio quærimus, ad honores anhelamus,
 nulla mortis cura tangitur, nisi quod fal-
 so persuademus vitam fore diuturnam, &
 casta spe annorū multorum spacia nobis
 pollicemur? *Quotidie*, inquit B. Hierony- *Ep. ad*
mus, morimur, & quotidie commutamur, & Nepot.
contra fidem atque experientiam ipsam nos
esse aternos credimus Et iterum. *Nemo enim*
tam fractis viribus, & sic decrepita senectute
est, vt non putet se adhuc annum vnum su-
peruicturum. Denique de vita haud secus
 iudicamus, quam si eius breuitas vel lon-
 gitudò esset in arbitrij nostri potestate.

Considera, de officijs honoratis & di-
 gnitatibus, ac omnibus voluptatibus quã
 blanda specie se nobis offerant; & quot
 confestim, vbi ea receperimus, afflictioni-
 bus, periculis, curis, inuidijs & laboribus

Gg ; fnt

sint obnoxia Virgo gaudens pergit ad
des sui sponsi, non enim videt aliud, quam
quod foris apparet: at si videret sementem
miseriarum quæ illo die seminatur, iusto-
rem causam haberet plorandi. heu quod
molestias illaferret? quot noctes infomes
ducat, quot in re domestica patierur dif-
cultates. 2. cogita, si mundus tibi hic bla-
diatur, id fieri, vt te fallat. si exalter, vt
deiciat, si exhilaret, vt postea magis affli-
gat. Dat multa bona, sed cum felle & dolo-
re mixta. Dat tibi liberos, vt gaudeas, sed
postea tollit, vt gaudium compensema-
iori luctu. Et nescio, quomodo naturam
comparatum sit, vt magis semper affligat
mala, quam exhilarent eius bona.

3. Considera omnem hanc fallaciam
ri ex nimio amore nostri ipsorum, quæ
excæcat nos, vt apparentia bona semper
veris anteponamus. Quia enim nimium
amamus hanc vitam, odimus mortem, im-
mò nec ferimus de ea mentionem fieri. Et
ideo non possumus nobis persuadere eam
esse vicinam, ne in mœrorem aliquam
ex cogitatione incidamus. Hinc fit, vt
alios cito morituros facile credamus, ip-
sos autem nos: nempe quia non ita tenemus
alios, quam nos ipsos diligimus, 4. Consi-
dera,

dera, & aliam esse causam huius fallacis opinionis, quod plus æquo fidamus vel ætati, vel viribus & sanitati corporis, & non consideramus mille modis hominibus licet sanis quotidie abbreviari vitam.

MEDITATIO VII.

De multitudine miseriarum huius vitæ.

CONSIDERA, breue, incertum, & fallax, quod in vita nostra est, variis multisque corporis & animæ miseriiis esse permixtum, sic vt mors potius quam vita appellanda sit. Vnde recte Sapiens. *Occupatio*, inquit, *magna creata est hominibus, & iugum graue super filios Adæ, à die exitus de ventre matris eorum vsque in diem sepultura in matrem omnium* 2. considera nullum temporis punctum præterire, quo non ad mortem festinemus, *Hoc ipsum*, inquit sanctus Hieronymus, *quod dicto, quod scribitur, quod relego, quod emendo, de vita mea tollitur, quot puncta notarii, tot meorum damna sunt temporum.* Et si vita nostra aliud non est, quam iter ad mortem,

Eccl. 40.

Gg 4 & ho.

& hora mortis eadem sit quæ iudicii, quid
vita nostra est, nisi iter ad horredum Chri-
sti tribunal, qui potest corpus & animam
mittere in gehennam?

2. Considera, etiam si vita nostra brevis
sit, brevisq; eius voluptas, longam tamen
reuera esse propter innumeras miseras.
eoq; longiorem, quominus nos miseros,
velut phrenetici, agnoscamus. Quoties ho-
mo timore, merore, dolore exagitur, et
iam sine vlla causa, vt possit dicere cū Iob.

Iob. 7. *Quare posuisti, o Deus, me contrarium tibi?*
Et factus sum mihi metipso grauis? Quanta
molestias & labores sustinet homo, ante-
quam panem lucretur? Auicula aliaq; be-
stia sine sudore necessaria sibi parat. solum
homo noctes diesq; sudare debet. per mare
pauperiem fugiens, per saxa, per ignes. & con-
sidera homini illud Psalmi verè cōuenit.

Pf. 89. *Anni nostri sicut aranea meditabuntur.*
est, nos in annis nostris velut aranea me-
ditamur. Aranea enim vt victum sibi parare
se totam cuiuscerat, & noctu diuque in re-
ti texendo laborat, & tandem quid capiat
vilem musculam. Sic homo noctu diuque
laborat pro vili lucello, & tandem vix pa-
nem sibi liberisque necessarium parat.
considera, vt homo liber sit à labore & ca-

ra, aliunde tamen alias ei obrepere miserias, primò innumerorū morborum, quibus pleni sunt Medicorum libri, deinde bellorum, caritatis annonæ, terræmotuū, eluuiorum, furtorum, aliorumque infortuniorum à bestiis & ipsis hominib. Quot enim quotidie homines in bellis & extra, gladio, bombardis, aliisq; armis ab hominibus conficiuntur? Iulius Cæsar paucis copiis plus quam decies centena hominū millia trucidauit, & tamen omnium Imperatorum clementissimus dicitur. Quid fecisset, si fuisset tyrannus.

3. Considera, præter hæc omnia, singularem ætatū proprias miserias. Quid aliud est infans, nisi bestiola rationis expertus in specie humana; quid adolescēs, nisi equus indomitus, vel vitulus? quid senectus, nisi omnium morborum & molestiarum sacculus? Senex deserit mundū, & à liberis suis deseritur, deserunt eum propria membra & sensus: deserit & seipsum, cum sæpe delirus sit & ratione vti nesciat. Et tamen oprant omnes, quacunque in ætate sint, fieri senes. Considera, nullum hominem sua sorte esse contentum, quantumuis sit potētissimus. Quot imperatores se sponte imperio abdicarunt? Quot Episcopi E-

Gg 1 pisco-